N. 69.

Carolus divina favente clemencia Romanorum Imperator semper augustus Joanna eius mater et idem Carolus dei
gracia Reges Castelle Aragonum etc. Comites Barchinone etc.

Federicus de portugalia miseracione divina episcopus Seguntinus Consiliarius et locumtenens generalis Sacre Cesaree Catho
lice et Regie maiestatis in principatu Cathalonie ac Comitatibus Rossilionis et Ceritanie dilecto regio Bartho
lomeo Manya presbitero Salutem et graciam quia nos pretextu pupillaritatis dilecti dicti domini Regis Gal
cerandi Calba domicelli pupilli in Civitate Barchinone domiciliati ad regiam evocavimus prout per presentes
evocamus audienciam omnes et singulas causas motas et movendas et tam activas quam passivas et tam princi
pales quam appellatorias et tam motas quam movendas dictum Galcerandum Calba pupillum tangentes
et signanter causam emparé vertentem in Curia Gubernatoris generalis Comitatuum Rossilionis et Ceritanie
inter vos agentem ex una et dictum pupillum seu eius patrem eius legitimum administratorem partibus ex altera
quam ducere intendit contra vos causis et racionibus inposterum latius deducendis et exprimendis Ea
propter dicto Galcerando Calba pupillo seu eius patre eius legitimo administratore nobis humiliter
supplicante tenore presentis vos citamus vobisque dicimus et mandamus quod infra dies decem post presentem presenta
cionem vobis faciendam inantea continue numerandos per vos vel vestrum legitimum procuratorem plena potestate
suffultum compareatis coram nobis et seu in dicta regia audiencia coram dilecto Consiliario regio Michaele de
Hospital utriusque iuris doctore et presentis cause relatore in dictas causam seu causas ad colligendum et refe
rendum commissimus responsurus dicte supplicacioni et aliis prosequturus dictas causam seu causas et omnes et singulos
illius et illarum actus usque ad sentenciam diffinitivam inclusive alioquin lapso dicto termino quem vobis precise ac peremptorie
ac pro omnibus dilacionibus assignamus nisi comparueritis ut prefertur procedemus et procedi mandabimus ac pro
cedetur in predictis prout iuris fuerit et racionis vestra absencia in aliquo non obstante verum contumacia exigente
Deinde inhibentes ad penam florenorum auri quingentorum dicimus et mandamus Gerentivices generalis Gubernatoris in
dictis principatu Cathalonie ac Comitatibus Rossilionis et Ceritanie vicario Rossilionis et Vallispirii baiuloque ville
Perpiniani Ceterisque universis et singulis officialibus tam regiis quam aliis ad quem seu quos spectet et locatenentibus eorundem
et eorum cuilibet requirendo requirentes quod constito priusque ipsis partem esse citatam et dummodo non impediatur execucio pensionum
censualium et violariorum et causa minor viginti librarum non existat de cetero de dictis causis minime se intromittant neque in eis modo
aliquo procedant vel enantent sed partes et processus si qui sunt ad nos seu ad dictum relatorem remittant debitum iusticie sortitura
Citent insuper mi ex parte prout per presentes nos citamus omnes et quascumque personas quas dictus pupillus seu en
eius pater legitimus eius administrator coram eis aut aliquo ex eis duxerint nominandos et contra quas suas velit
dirigere actiones prefigendo eisdem videlicet personis militaribus terminum viginti sex dierum aliis vero decem infra quos ipse
vel eorum procuratores compareant coram nobis et seu in dicta regia audiencia coram dicto relatore ad prosequendum
causas predictas et omnes et singulos illius et illarum actus usque ad sentenciam diffinitivam inclusive cum comminacionibus assuetis
inferentes ab eis seu eis agendi omnino cum nullitatis decreto potestatem Postremo eadem sub pena dicimus et mandamus
quibusvis notariis et Curiarum Scribis penes quos quivis processus acta iusticia vel alie scripture predicto pupillo facientia
vel facientes sint vel existant quod eos eas et ea seu eorum copiam fidem ferentem eidem pupillo tradant condigna satisfac
cione premissa Datum Barchinone die decimo nono mensis Marcii anno a nativitate domini Millesimo
Quingentesimo vigesimo sexto

F. de gualbis Vic. f.

P. +

M. de Hospital

In rem Com. ex dno

Fo. Exerebiny

GOBIERNO DE ARAGON

n 97

2

234-36

1526

11 Nº 454

Franciscus geraldinus [illegible]

recepta [illegible] e gualbes vis

vis p hospital relatore